



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioannis Bugenhagenii Pomerani Annotationes ab ipso iam
emissæ. In Deuteronomium**

Bugenhagen, Johannes

Basileae

VD16 B 9247

Capvt XX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-36133

que prophetæ, dum interim inter ipsos erant, oblitæ negocij ob quod uenerant. Figura persecutorū Euan gelij, ut supra diximus, qui ubi audierint quæ uerissi ma sunt, uincuntur ad tempus, ut dicāt nobiscū, rece dentes sunt iidem qui fuerunt. Exemplū habes Io. 7. de seruis qui dicunt. Nunquā sic homo locutus est. Ita ueritatem impij quandoq; fatentur in sui maiorē con demnationem iudicio dei, dum non cessant perseguē quod arguere non possunt, quemadmodū superiori capite diximus. Vestimentis scilicet superioribus, Vide annotationes D. Martini.

CAPVT XX.

Rursum hoc caput ob oculos nobis ponit quid spiritus dei in Ionata, quid malus spiritus in Saule agat, ille pietatem & innocentem amat, defendit, hic odit & persequitur. Vsq; adeo hoc odium furit, ut ne filio quoque parcat Ionatæ. Nec mirum, cum & seuiat & indignetur aduersus dei iudicium, quod deus cœ perit præferre Dauidem, ut manifeste uidimus cap. 18. qui affectus longe horrendissimus est in impiorū cordibus, adeo occultus ut ipsum uidere nequeant. Pij autem spiritu arguente statim sentiunt, & ueniā precantur, agnoscentes sese nondū in omnibus sequi dei uoluntatē, & dicentes, Fiat uoluntas tua. &c.

Quid feci?] Hæc satis indicat quid passus sit Dauid, & quam amaro animo fuerit, licet non dubitauerit se habere deum protectorem. In ista infirmitate derelinquit deus sanctos, ut de Iacob quoque legis trepidante nimium ad occursum Esau, ut in infirmitatibus suis discant agnoscere dei uirtutem, quemadmodum Paulus dicit. 2. Cor. 1. Atque hæc in nostri consolationem scripta sunt, contra illos qui sanctos nobis usque adeo stupidos producunt, ut nunquam senserint quod patiebantur, Et caput nostrum dixit, Tristis est anima mea. &c. Vno gradu.] id est parum distat ut occidat, quod ad uoluntatem patris tui attinet.

Ecce Calendæ. An liceat sic fallere supra diximus, Dauid ita uult sibi seruire, et Ionatas ita ei seruit per charitatem, quæ omnia sperat, omnia sustinet &c. & nihil coram deo & in conscientia fit contra Saulem, sed potius pro Saule, ut desinat furere in sanguinem innocentem. Fœdus domini.] id est iuramentum per deum &c. Domine deus &c.] iuramento & imprecatione mala obstringit filius regis se Dauidi de fide seruanda. Atque per hæc magna charitate & animi compassione seruit fratri, quem uidet multa animi anxietate laborantem.

Et sit dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Scilicet quando illum exaltauit in regnum. Quid hoc aliud est, nisi primum credere uoluntatem dei esse,

ut sit rex Dauid, & deinde cedere libenter suo iure, ubi hanc dei uoluntatem cognoscit, id quod est uere iustorum, contra quam uoluntatem Saul ex industria pugnat. Tres sagittas.] Signo uult agere cum Dauid, ne uel famulus conscius sit huius amicitiae & foederis, In quo & infirmitas Ionatæ describitur, adeo impiū timentis patrem. Quid ergo putas alios fuisse, de quibus supra scriptum est quod dilexerint Dauid, cum talis sit qui etiam unā animā cum Dauid scribitur habere? Ista infirmitate humana curat deus, ut electi discant ex ipso solo pendere. &c.

Mūdus.] Secundū legis ritū forte nocturno somnio pollutus est, aut alia immūdicie legis. &c. et ob id recessit secundū legem ex ciuitate usq; ad uesperā. &c.

Filius Isai. Patris nomen non ipsius Dauidis nominat, qd' indignantis & despiciētis uidetur fuisse. Sic infra cap. 22. dicit ad Achimelech, Audi fili Achitob. &c. Fili mulieris &c. Heb. Nequam & maligne.] Neq; filio pprio neq; pudicitiae parcat uxoris, sed omnia etiam sua uult perditum, ut expleat animū satana obsessum. Horrendū profecto exemplum impiorum, qui aguntur ad diaboli uoluntatē. 2. Tim. 2.

Omnibus diebus.] Vides quid Saulem urserit, sed istud Ionatas propter dei uoluntatē contemnit.

Adorauit tertio.] Quēadmodum Christus in hortu, id quod scriptura dicit, ut ostendat qua angustia

Capitulum est
ad quod uoluntatem
habet

fuert David, à qua deus tunc liberare noluit, tamen
 & fiducia in deū nō cadit, alioq̄ cur tertio adoraret?

CAPVT XXI.



ET uerbis & facto fingit aliud quàm res
 habet David in hoc capite. Alterū, quo
 calet consiliū sacerdoti, quem timuit for
 te nō subuenturū in necessitate propter
 regis timorem. Alterum, quo se liberet à periculo qđ
 timebat. Davidis infirmitas in utroq; describitur, aut
 certe noluit deū tentare exponendo se morti ubi non
 erat neesse. Infirmitatem tamē manifeste nobis scri
 ptura describit. Alterum autē quàm male ceſerit sa
 cerdotibus & toti ciuitati sequenti cap. uidebimus.

Achimelech. Supra cap. 14. dicitur Achias filius
 Achitob, quemadmodū & sequenti capite dicitur fi
 lius Achitob, id quod moneo, ut scias istam progeniē
 esse ex Heli, quēadmodū legis. 14. c. propter ea quę
 dicemus cap. sequenti. Solus & nullus tecum scili
 cet ex aulicis uiris, tantū uenis cū aliquot seruis, Nam
 infra inueniunt puerū, qui cum Dauide uenerant.

Condixi] Cōmisi negocia ad diuersa loca, scilicet
 cet ne iam omnes apud me sint. Non habeo panes
 laicos.] Heb. lingua cōmunes dicit, id est, quibus li
 cebat uesci omnibus, sed tantum panem sanctū. i. quo
 secundū legem nō liceat uesci nisi sacerdotibus.